

(L. 47)

I T E R
Per Aspera ad Astra
V E R I S T U D I O S I,
I N N U P T I I S

Nobilis, Clarissimiq; Viri Domini

G O T T F R I D I C A L I S I I,

J. U. Candidati & Practici integerrimi,
S P O N S I:

E t

Pudicissima Lectissimaeq; Virginis

A N N Æ M A R G A R I T Æ

P O L L U G I Æ,

S P O N S Æ:

Wolovia d. 28. Novembr. A. D. M. DC. LXII.

solemniter celebratis,

*Oda amica
delineatum*

2

M. J O A H N N E H E R B I N I O,

Bicina-Sil. Scholæ Provinc. Woloviensis Rector.

Adjecta etiam sunt aliquot problemata
ab Amico quodam.

1218405

S T E I N O V I Æ A D O D E R A M,
T y p i s V I D U Æ W I G A N D I F U N C C I I.

I.



Estat senectus temporis annui,
 Rigente venâ Musa potens jubet,
 Laudes, honores debitosq;
 CALISIUM Domui sonare.

Sonabo GOTTFRIDI genium meis,
 Musis amicum CALISII decus,
 Quod Lesbio sacrare plectro
 Addecet Hesperias Sorores.

Annis relapsis, CALISIUS meus
 Venit paternis sedibus Albia ad
 Urbem, LUTHERI qua Cathedrâ,
 Asteria & Studiis superbit.

Pergit Tubingam, NECCARE neclare
 Dulci beatam Pieridum Domum,
 Ac imbuat mentem juvenea
 Moribus, Artibus atq; lingvis.

Vidit superbumq; Argenidum polum,
 Quem Rbenus audax Alpibus effluens
 Miratur, urbes perq; amicas
 Porrigit Oceani colonis.

Sunt VANGIONUM nomina, NEMETUM
 Sunt UBIORUM nomina BACCHARACH

Urbes calentes: Bacchus autor
 Condidit has, statuit sibiq;
 Aram; potentes quam Batavum manus
 Natis in usum latitiae Scyphis

Ornant verecundumq; Iacchum
 Purpureis sapiunt labellis.
 Lustrare tandemq; USIPETES jurat,
 AMSTELREDAMI numina qui colunt;

Virtute certus prapotentem
 Omnia ferre via molesta.



1018405

WOLFFGANG serenamente **GEORGIUS**,
CASTELLA, natus sanguine Regio,
 Genti Sæconum quem faventem
 Progeniuit Comitem, fovetq;
 Cernens euntem laudis ad Orbitam,
 Laudat **CALISUM**, mox petit & suo
 Nato Magistrum præficitq;
 Moribus artibus excolendo.
 Post exterorumq; arva **Diespiter**,
 Jusfit, paterno filius auspice
 Ut vadat (berenti Patri istud
 Consilium dederat **CALISUS**.)
 Ergo palustris littora **FLANDRIÆ**
 Ambo petunt mox, quæ **TEMESIS** Pater
LONDINUM amenis irrigare
 Gaudet aquis, ratibus superbus.
 O Te potentis sidera **Cypria**,
 Fratres venusta sic **HELENÆ** regant!
 Annon gementes **Africq;**
 Præcipientes revereris æstus?
 Serves iturum **CALISUM** in ultimos
 Orbis Britannos & Comitem **DEUS**!
 Ne forte vitam innoxiorum
 Diripiant Hyada furentes.
 Vix **GRAVESANDI** littore solvitur
 Cum puppis in famem in scopulum ruit,
 Turgente **Neptuno** miselli
 Navita, **CALISIUS**, fatiscunt.
 Voto **JEHOVAM** in subsidium tuum,
 Tunc **Invocasti**: præcrit impia
 Navem **Charybdis** liberatam,
 Et redeunt animis vigores.
 Forsan **Secundum** perfida **CAROLVM**
 Autore, pulsam **Scotia**, **MONCKIO**
 Anglis **Monarcham** reddidit tum,
 Imposuitq; throno **Patrilo**.

Spectabat, vivo cespite Principi,
Verbena sicut jacta fit obvio:

Maetata venit leniorq;

Concidit hostia cum STUARTO,

Vidit triumphalem CAROLI Domum:

Vidit Coronam tempora Regia

Ornare: Majestas STUARTI

CALISIO Comitig; nota est.

Illustris Autor post Comitibus jubet,

Natum reverti, ceteraq; Insule

Angla relinquat: nam Parentum

Corpora morbus edax habebat.

Gaudente venit limine Patria

Nam, veris instar, vultum ubi gratior

CASTELLA conspexit GEORGI,

Mox melius nituere Soles;

Minerva multos Pierios fovet.

Quis sunt Scholarum germina noxia:

Poscunt voluptates suaves,

Tangere nec cupiunt amara.

Noctu fenestras sed quatunt ledes,

Atq; ietibus se conficiunt suis:

Aedes mihi & conerberantes

(Disperant!) adimunt quietem.

Post cogitabat Slesinades meus

WOHLAM. Tenebat magnus cum Comes,

Expertus est nati fidelem

Ipsè Ducem satis & Magistrum.

Dextram prebensat mox Comitibus sui:

Dextram CALISO pondere sed gravem

Tradit COMES gratus, fidelis

Indoluitq; abitum Magistri.

Virtutis & mox Σύρυγα conscientius

Scribit, sigilliq; effigiem premit,

Gessisse testatur sibi rem

Calisium bene, Sic abitur.

Dí te tuentur! Diis pietas tua

Et Musa cordi est. Hinc tibi copia

Manabit ad plenum benigno

Ruris honorum opulenta cornu,

Venit WOLOUVM ad mœnia patria,

Et mox amicum nomen eum sibi

CONRADVS adsciscit faventem

Pluribus officiisq; distat.

Cyprum patritum, tota ruens Venus

In me, relinquit, me alloquitur Dea:

Quid vestra tentabit iuventa

Dicito, CALISIUS quid optat?

An in reductâ valle Canicula

Vitabit ætus? pocula Lesbii

An innocentis dat, sub umbra

Hesperis epulasq; in horto?

Audin, svadis fistula quid canit?

Pectens coruscam Casariam sibi

Exornat, optatos cavitq;

In Cythara thalami calores.

Tentabo mentem pectoris inficia,

Ignis iuventa num caleat mea?

Levesq; sub noctem susurros

Composita repetemus hora.

Tangas sagittis CALISIUM tuis:

Tangas POLUGAM Cyprigena puer

Vrant protervi pectorisq;

Intima, te jubeo, calores.

Sensit Calores CALISIUS suos,

Vidit puella cerea brachia;

Sed nec color, nec sede certâ

Mens fuit, erubuit pudore.

Flagrat libido castaq; charitas.

Non miror ignem: me quoq; pectoris

Tentavit in dulci iuventa

Fervor amans, SEMEL Æ puerg.

Amo-

Amore peccant cuncta vigentia,
 Et Mopsus ambit carmine rusticam:
 Et tu laboras nunc Charybdi,
 Sponse sed in meliore flamma,
 Actum est. Sacratas jam duo Pontifex
 Conjunctis arcto fœdere pectora:
 Dempta coronâ, Virginis dat
 Crinibus immeritamq; vittam.
 Nunc est bibendum, nunc pede libero
 Pulsanda tellus: nunc dapibus tuas,
 Ornare mensas, Sponse, fas est,
 Spargere te pueris nucesq;.
 Carmen tenellæ dicite virgines,
 Quod BRESLA Fratri composuit meo:
 Tam festus omnes verberabit
 Iste dies mihi ritè curas.
 Cerno: frequenter dat juvenis sua
 Sponse serenus brachia candida:
 Non sic voluptate est beatus
 Sarmaticæ dominans Monarcha.
 Vultis severi me quoq; sumere
 Partem falerni? non aliâ bibam
 Mercede, quam Sponsi capillis
 Ad cyathum statuuntur unctis.

✠ ✠ ✠

POCULUM SALUTIS SPONSO.

Hem, Sponse, parti nunc tibi, ceu cupis,
 Profint Honores! Tu fidibus novis
 Sacrandus es: svadet jocosa,
 Non lyra, sed pietas amica.
 Tu Civitatem quis deceat status,
 Nosti, paternis scabibus & times,
 Mollire versos scis Penateis
 Farre pio, Dominosq; Svada.
 Non astuosi divitias maris,
 Aurum nec ipsam, non ebur Indicum,

*Non rura Sponsa concupisti;
Sed pietas tibi semper atq̄s
Virtus probantur: Nam DEUS obtulit
Parcâ tibi, sed quod satis est, manu:
Credas, THEMIS nulli benigna
Pauperiem sine dote quarit.*

*Quando tenacem propositi virum,
Docta & ferocem praesidio Dea,
Te pauper optabit Patronum
Sollicitâ prece: promptus ibis.*

*Est hic beatus, qui, procul arduis,
(Majoribus ceu mos erat optimis.)*

*Rebus, paternum rus quietus
Bobus arat, segetem metitq̄s.*

Nunc, quid futurum cras, fuge quærere:

*Quem - fors dierum-cumq; dabit lucro
Appone; quin captas amores?*

Est miserum, haud dare ludum amori.

Qua parte quintâ nectaris imbuit

Cyprina felix, oscula, Sponsula

Capta. Salutis pocla reddo:

Vivite, nec cito dormiatis.

POCULUM SALUTIS SPONSÆ.

O Matre pulchrâ filia pulchrior,

Doctus sagittas tendere flammeas,

Te vulneratam nunc Salutis

Compede detineat, puellus.

Flammis CALISI tacta fidelibus,

Nunc unico gaudes Mulier viro:

Tradas pudorem Virgo, vittâ &

Supplice noscito jam Maritum.

Duram Maritis pone superbiam,

Ne fortè tandem funis eat rotâ

*Currente retrò: quin amorem
 Sanguineis prohibeto rixis.
 Sed jussa coram, non sine conscio,
 Surges Marito: seu vocat ad suos
 Defessus amplexus; jubet seu
 Te dare Consilium jocosq̃.
 Felix Parentem desine iam sequi
 Maturo Sponso. Non mulier te anus
 Turbet: solent nam vel superbos
 Vertere funeribus triumphos.
 Salvete WOLÆ vos duo Corculæ!
 Salvete nobis oscula bellulæ!
 De pace leti nos loquemur:
 Prælia vos habeant. Valetæ!*

II.

AD CONVIVAS.

En soetes Pratsien / aen de lieve
 Vrouokens ende Frysters.

't word gefraegt:

1. Of beeter zij / liev te heben / of gelievt te wesen?
2. Of beeter zij eene Dame / offte eene Madame te zijn?
3. Of beeter zij wet de vrouwen / offte met den Frysters te dansen?

So draec / als my U. L. op de Praegens aende
 wort geven; so sael ick V. L. eenen Capoen
 terstond sonder vyer braeden.

U. L.

Dienaer ende Liefheber
 Monsieur Domine Myn Heer /
 van Brysterbourg.